Quelle: https://manuscripta.at/?ID=886
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Anni	Dies mensis turch			partes loci Solis			p° d. sit lune			partes latitudinis		
collecti	dies	m̄	2ᵃ	partes	m̄	2ᵃ	partes	m̄	2ᵃ	partes	m̄	2ᵃ
1126	22	38	58	173	34	30	280	15	16	62	54	5
1151	22	36	11		27	4	337	37	0	180	6	55
1176	22	34	24		19	38	24	58	44	267	19	45
1201	22	30	37		12	12	92	20	28	54	32	35
1226	22	27	50		4	47	149	42	12	181	42	25
1251	22	25	3		57	21	207	3	56	288	58	15
1276	22	22	16	15	49	45	264	25	4	46	11	5
1301	22	18	29	164	42	19	321	47	24	163	23	55
1336	22	16	42	323	34	54	19	9	8	280	36	45
1351	22	13	55	117	27	28	76	30	52	37	49	34
1376	22	11	8	271	20	2	133	52	36	155	2	24
1401	22	8	21	65	12	36	191	14	20	272	14	14
1426	22	5	34	219	5	10	148	36	4	29	28	4
1451	22	2	47	12	57	45	305	57	48	146	40	54
1476	22	0	0	166	50	19	3	19	32	263	53	44
1501	22	57	13	320	42	53	60	41	16	21	6	34
1526	22	54	36	153	35	57	118	3	0	138	19	24
1551	21	51	39	267	28	2	175	24	44	255	32	15
1576	21	48	52	91	20	36	232	46	28	12	45	5
1601	21	46	5	215	13	10	290	8	12	129	57	54
1626	21	44	18	9	5	44	240	29	56	244	10	44
1651	21	40	31	162	58	18	44	51	40	4	23	34
1676	21	37	42	238	21	3	102	13	24	241	37	4
1701	21	34	55	232	13	44	159	35	8	358	49	54
1726	21	32	8	226	6	57	216	56	52	116	2	44
1751	21	46	21	219	58	45	274	18	36	233	15	34
1726	6	46	13	211	32	58	24	2	22	280	42	38
1751	6	42	26	205	25	33	81	24	6	37	55	28

Expleta est dictio 6ᵃ.

Capitulum primum de hoc quod longitudo stellarum fixarum que est inter quasdam et quasdam est longitudo una et quia ipse conmutantur proprietates locorum suorum. ¶ Capitulum 2ᵐ de hoc quod spera fixarum stellarum habet motum ad partem successionis signorum. ¶ Capitulum 3. In hoc quod motus stellarum fixarum ad successionem signorum non est nisi super duos polos orbis medii signorum. ¶ Capitulum 4. In modo scribendi differentiarum tabularum stellarum fixarum. ¶ Capitulum 5. In firmatione stellarum fixarum que sunt in medietate septentrionali spere et ponere earum loca in tabulis.

Capitulum primum et cum eo incipit dictio septima almagesti ptolomei de stellis fixis.

Postquam in dictionibus narravimus que hanc precedunt dictionem ea que accidunt in spera recta et in spera declivi etiam quod accidit in modis motuum solis et lune et quod videtur in eis ex figuris, sed quod oportet incipientem nunc secundum quod sunt est ex dispositione ordinum qui se adinvicem sequuntur in hac scientia loqui de stellis. Sed propter illud quod sequitur ex dispositionibus incipiemus prius loqui de stellis que nominantur fixe non mobiles. Ante omnia vero premittemus ut noscamus eas. Sed propter hoc quidem quod stelle omnes videntur conservari semper figuras suas fixe longitudinibus quantitatum que sunt inter ea similibus equaliter motus est decens ut nominentur fixe non mobiles. Et propter hoc quidem quod spera earum in qua ipse sunt sic solidate nate in ea videtur motus localis conservans ipsam proprius ei secundum mensuratorum unam ad continuitatem signorum ad orientem e contrario motus totius non oportet et ut nominetur spera fixa non mota. Spera autem est mota versus orientem. Nos namque ita reperimus unamquamque harum duarum intentionum per ea que vidimus